Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses inaugurales argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/295841

II

2

# THESES

## INAUGURALES ARGUMENTI CHIRURGICI.

2

# THESES INAUGURALES
# ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GOZEWINI JANI LONCQ, CORN. JAN. FIL.,

MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

ARTE CHIRURGICA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT


**ARNOLDUS HERMANNUS KUYPER,**

e pago Soest,

MEDICINAE ET ARTIS OBSTETRICIAE DOCTOR,


A. D. XIII M. APRILIS, A. MDCCCLXII, HORA VIII DIMIDIATA.


Trajecti ad Rhenum,

APUD J. VAN BOEKHOVEN.

MDCCCLXII.

# THESES.

I.

Quando syncope ex laesione aliqua secuta est, venaesectiones sunt improbandae.

II.

Instrumentum Lallemandi, quod dicitur porte-caustique, si spermatorrhoea adest, non omni modo probandum est.

III.

In hygromate patellari punctionem facere licet.

IV.

In amputationibus vinculis quam simplicissimis uti oportet.

V.

Quando strictura urethrae adest, dilatatio fiat per cereolos tenues.

VI.

In incarnatione unguis, quam dicunt, totius unguis exstirpatio non commendanda.

VII.

In hydrocele congenita, nulla operatio instituenda est.

VIII.

Bubones suppurantes progressionem syphilidis universalis nequaquam excludunt.

IX.

Ulcerum syphiliticorum divisio per tria genera: 1° in Hunterica sive indurata, 2° non

indurata, 3° phagedaenica sive gangraenosa, rejicienda est.

X.

Laryngoscopium instrumentum est, cujus utilitas magna in futuro esse videtur.

XI.

Methodus, secundum quam ii, qui, laryngoscopio utentes, in laryngem injectionem faciunt, est imperfecta.

XII.

Recte Behrend (in diario, cui titulus est: Journal für Kinderkrankheiten): „Seitdem ist nun eine weit grossere Erfahrung gewonnen worden, aber auch manche Verwirrung entstanden, indem man die Bezeichnung Krup und Diphtheritis sehr verschieden verstand.”

XIII.

Cauterisationes in angina diphtherina sunt improbandae.

XIV.

Male de angina diphtherina et de angina gangraenosa tamquam de eodem morbo loquuntur.

XV.

Diagnosis et prognosis anginae diphtherinae tantum ex mutationibus anatomicis effici possunt.

XVI.

In cataracta pupilla artificialis interdum bonum est remedium.

XVII.

In cataracta senili interdum regio transparens, quae superest, pungenda est.

XVIII.

In quibusdam keratitidis formis sulphas chinicus ad medicationem pernecessarius est.

XIX.

In omnibus keratitidis formis conjunctivae et ductus lacrymales ante omnia examinandi sunt.